



**Tabvlæ Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvæ
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvæ Blattarvm
inclementiam euasere, de Festis

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1615

Apographvm Licentiae R. P. Ministri Prou. Flandriæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56152)

Apographum Licentia pralati.

FRater Ioannes Neyen Ord. Minorum Reg. Obs. R. mi. Patrie Generalis Ministri, super Belgicas Prouincias, nec nō Colonia, Argentine, atque Hyberniæ, cum plenitudine potestatis Commissarius Generalis, Venerādo admodum in Christo Patri F. Philippo Bosquero Prouinciæ nostræ Flandriæ Sacerdoti, Prædicatori, Confess. & sacra Theologiæ Professori salutem in Domino.

Quandoquidem video passim magno doctorū adplausu recepta, quæ hætenus opera, seu Latine seu Gallicè edidisti, imò & ipsum Pontificem summum Paulum V. Oratorem tuū Terræ sanctum gratum habuisse: idcirco Venerande Pater, nō solum tibi licentiam, pergendi & noua cudendi, aut vetera recudendi facio, sed & paternè te hortor, imò, & ad meritum obedientiæ, præcipio, vt scribas atque edas, quæcunque tibi expedire videbuntur, ad gloriam Dei Opt. Max. Ecclesiæque Christianæ vtilitatem, cari que mihi erunt, quicumque tibi hæc in re voluerint esse fauores. Vale, & ora pro me. Datū Bruxellis, sub meo chirographo, officiiq; mei sigillo, 23. Iunij. 1607.

Fr. IOANNES NEYEN *Commiss. gener.*

A P O G R A P H V M L I C E N T I A E

R. P. Ministri Prou. Flandriæ.

FRater Petrus Carpini Ord. Minorum Reg. Obseruantia, Prouincia Flandria Minister & seruus, R. P. F. Philippo Bosquero, eiusdem Ord. & Prouinciæ sacerdoti, Præd. & Confess. salutē in Domino sempiternam.

Quandoquidem hætenus non infœliciter ingenij tui foetus in lucem edidisti, & adhuc totus in hoc es (vt ait ille) Condus, & componis multa alia posteritati, vti speramus, profutura, cupisq; vehementer, vt qua edis, etiā à nobis, ad Obedientia salutaris meritum, aut orentur, nos pijs tuis conatibus impensius fauentes, tibi literis istis licentiam facimus prælo tradēdi, edendiq; Gallicum quemdam tractatum de parabola prodigi Euangelici, nec non librum illum, quem Vegetiū Christianum vocas, & Tertiam Naufragii tabulam. dūm tamē etiam Censuram legitimi liborum Censoris proferant. Atq; vt cum Obediētia merito id præstes, ita facere te hortor, & moneo. Vale in Domino, & ora pro me. Datum in Conuentu nostro Auesnensis vrbs in Hannonia, 30. Septembris 1614. sub sigillo Officij mei maiore.

Locus sigilli.

Fr. Petrus Carpini manu propria qui supra.

Edi-